



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Litterae Annvae Iaponenses Anni 1591 Et 1592

Froís, Luís

Coloniae Agrippinae, 1596

VD16 F 3081

D. Dvartes De Meneses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65620)

tum. Quare hoc nuncio audito magna sum voluptate affectus, maximè, dū à Patribus quoq; intelligo, quanto favore eos prosequatur Excellètia V. cuius benevolentia & permissione, secundum rationè instituti sui, omnibus Euāgelium, hoc est, veram ad salutem viam annuntient. Hi enim tanquam veri religiosi totum mundum obeūt, vt omnibus hominibus ambulanti- bus in tenebris errorū, veritatis lucē patefaciant, & ad fælicitatem æternam traducāt. Et quia rogarunt me, vt scriberem ad Excellenti- am V. simulq; mitterem Legatum ad agendas ei gratias, id nunc pro mea singulari affecti- one per P. Visitatorem, præstare volui, cui hoc onus imposui, quod iam alias in Regnis Excell. V. fuisset, in ibique cognitus esset, hacque præ- sente epistola enixè peto ab Excell. V. vt in po- sterum tam P. Visitatorem, quam alios omnes Patres in Iaponia agentes maiorivelit, favore & benevolentia prosequi; qua re mihi gratissi- mum faciet. Mitto autem Excell. V. in amicitia- testimonium, duos enses, binos sclopos no- uæ formæ, bina arma, equos duos cum suis or- namētis, quatuor peristromata auro picta, vnā que machæram, quæ potest seruire pro sclopo, & militare tabernaculum. Ex India. anno. 1587

D. DVARTES DE
Menses.

HAEC erat summa Epistolæ, ad phrasin Iaponicam accommodata; cuius exem- plum

plum idiomate & caractere Iaponico eipstola erat coniunctū, & attalicæ thecæ inclusum. Oblata epistola, Quabacōdonus, diu multumque magna attentione & curiositate omnia consideravit; post prælectam autem translationem Iaponicam, P. Visitator, duce cærimoniæ Magistro per medium Dominorum cōfessum ascendit vsque ad thronum Quabacondoni, & aperiendo caput more nostro, ter reuerentiam ei exhibuit, & mox in suum locum deductus est, ut è regione Quabacōdoni sederet. Deinde accesserūt duo reliqui Patres, qui præstita simili cærimonia; sessum recepti sunt iuxta Patrem, sed gradu paulò inferiore. Post hos deinceps secuti sunt quatuor Domini Iaponenses, cum omnibus Lusitanis, qui quini & quini, præstita eadem reuerentia; singuli suis locis sunt collocati. Omnibus his humanitatis officijs, nouisq; gentis ritibus mirum in modum cum Quabacondono recreati sunt omnes qui aderant Iaponiæ Principes. Ac mox iuxta morem Iaponicū multiplici cærimonia prodire Sacansuchi, & scana (ritus is est huic gēti celeberrimus) invitantes hospitem, offerendo illi potum, & cibum, manu propria vel aliena; pro cibo autem offertur aliquid exiguum ad prouocandum appetitum, tū Sacansuchi paruulum craterem inauratum, & elaboratum, quem honoris causa Dominus cuiusdam regni ferebat, porrexit Quabacondono, qui cum parum bibisset, traditus fuit de manu in manum tribus proximis

C

mis

mis Dominis. Quo peracto, crater recenti vino
 impletus est; & Quabacondono bibente, P. Vi-
 sitator iussus est è loco suo adire thronum, vbi
 propria manu ei porrexit Sacanam, quæ res est
 exigua, non ab similibus fructui, vt ea vesceretur,
 atque hoc summi fauoris & honoris loco in Ia-
 ponia ducitur; vnde ne quidem primis illis re-
 gni Dominis eum detulit. Pater autem magna
 cum reuerentia, alijsque cærimonijs sacanam
 accepit, atque item craterem. Dum hæc agun-
 tur, apparent equites duo cum duabus grandi-
 bus mensis, in quibus erant centum laminæ ar-
 genti; accessit & tertia, in qua erant quatuor ve-
 stimenta serica, hæc omnia ex parte Quabacon-
 doni oblata sunt P. Visitatori, qui nouis cū sin-
 gulari reuerentia gratijs actis, in suum locum
 redijt. Idem fecere duo reliqui Patres, qui-
 bus cum Quabacondonus per Sacansuchū Sa-
 canã dedisset, vnicuique obtulit mensam vnã
 cum 100. argenti laminis, & duas vestes sericas.
 Deinde accedentibus Dominis Iaponensibus
 cum omnibus Lusitanis, cuique dedit vnã ve-
 stem, & quinas argenti laminas: duobus verò
 fratribus, qui interpretum loco aderant dedit
 30. laminas & vnã vestem. Summa fuit duo-
 rum milium quadringentorū nonaginta quat-
 tuor ducatorum. Nam quæque lamina valebat
 quatuor scutatis & tribus iulijs. Quibus mune-
 ribus, iuncto honore, quo data sunt, estimã-
 tus est Quabacondonus præter morẽ fuisse mu-
 nificus & liberalis, eo quòd in nulla vnquã le-
 gatione

legatione tantam liberalitatem demonstrasset.

Peracta hac tota cæremonia, Quabacondonus vnum è tribus Dominis tibi vicinis, nomine Acciut eum, vocauit, & simul alium quédam è tertio ordine, per quos (vt suum tueretur honorem, nam in Iaponia illud dignitatis maioris signum est) indicari iussit Patri Visitatori, se plurimum eius aduentu recreatum: & cum veniat è regionibus admodum remotis, se libenter ei ostensurum ædificia Meacensium, nisi superioribus bellis ita vastata fuissent vt pene pudeat, ea exteris ostendere; licet speraret planè in meliorem formam breui restituenda, addebatque se vehementer desiderare, vt in posterum maior inter se & Viceregem consuetudo firmaretur. Ad quæ respondit Pater, non posse se suæ Excell. pro tanta beneuolentia, tantisque beneficijs parè rependere gratiam, istisque facile declarari magnitudinem imperij ipsius, & nomen æternum, seq; huius rei apud Vice Regem plenam facturum testificatione. Deinde iterum eosdem Dominos ad Patrem misit, vt pro muneribus oblatis gratias agerent, tum quòd pretiosa, tum quòd in Iapone noua & inuisa essent. Quo facto, surrexit, & proprius accedèdo Patrem, ei dixit, vt cum Dominis istis Iaponiæ principibus recreationis causa, non nihil hæreret: & sic recepit se intrò.

Ac mox illatæ sunt tabulæ quædã quadratæ, recès fabrefactæ, quarú vsus solet esse in similibus cõuiujs; etiã si in hoc, fuerit numerus æquo

C 2 maior

maior. Nā primū allatæ sūnt tres tabulæ, quarū quæque habuit tria fercula diuersa, & in fine omnibus porrigebatur potus. His successerunt quinque aliæ tabulæ, cum alijs ijsque varijs cibis. Magnum erat conuiuiarum, & eorum qui mensæ ministrabāt, si lentium, tamque parum comedebant, vt pro cærimonia, non pro necessitate viderētur comedere. Quod ad ordinem attinet, primum locum tenebant octo Domini secundi ordinis supra dicti, vna cum Patribus. Tertij ordinis Domini non comedebant quidem, sed tamen habebant quandam dignitatem secundum locum. Vltimo loco comedebant Lusitani cum quatuor Dominis Iaponensibus.

In fine prandij prodijt cum vestitu ordinario Quabacondonus, relicto habitu Quabacū, & sedit vicinus loco, in quo sedebant Patres, cæpitque magna familiaritate loqui cum P. Visitatore, multasque proponere quæstiones, quarum responsis mirificè se recerari ostēdit. Tum applicuit se Lusitanis, a quibus item multa est percontatus. Sigillatim autem diutius egit cum Dominio Mantio, cum magni amoris significatione, dixitque secognatum eius restituisse Domino Fiungensi, & si vellet ipse manere in aula, se ei omnia officia delaturum, & vt faceret, vehementer vrsit. At quia aliæ cogitationes erant D. Mantij, tam prudenter & comiter respondit, vt ipse Quabacondonus eius rationes approbaret. Petiuit deinde multa etiam
minuta

minuta à Domino Michaelē; vt de nomine eius & cognomine, an esset cognatus D. Protasij? ita vt coactus fuerit dicere, parentem suum genus ducere ab Arima. Vnde subiecit Quabacondonus: Mihi videntur isti Domini de Scimo valdè familiares esse Patribus, & Viceregi Indiæ. Interea remotæ sunt mensæ, reuertensque ad locum Patris Visitatoris, iussit vocari quatuor Dominos Iaponenses, vt audiret eorum Musicam, quam in Europâ didicissent, allatumque est confestim ingens cymbalum, barbiton, aliæque musica instrumenta, tantaque attentione & voluptate ludentes auditi sunt à Quabacondono, vt tertio iussi sint eandem repetere cantilenam. Deinde singula instrumenta in manus accepit, & multa ad ea pertinentia quæsiuit. Denique dixit, maiorem in modum se lætari, ipsos esse Iaponios, subindicans, se velle eos retinere in aula sua; quæ res & P. Visitatorem, & ipsos Dominos Iaponenses non paruo dolore affecit. Et post diuturnum colloquium P. Visitatori dixit, se velle deinceps magnam cum Vicerege colere amicitiam, magni se facere munera, quæ misisset. Itaque mandat, vt in magno quodam atrio tētorium explicaretur, & equus Arabicus produceretur, qui suo incessu, & forma corporis, ita placuit, vt videretur omnibus donis illum anteferre. In summa, toto eo die ita se affectum ostēdit, vt nihil illi gratius contingere potuisse videatur. Postremò duobus Cunghis mandauit, vt Patri & Lusitanis palatium

tium suum spectandum præberent, cuius elegantiam, ordinem & opes valdè sunt admirati. Nam etsi Dominorum palatia pauca habeant tabulata, imo communia domicilia constent vno tantum solario, ob crebros terræ motus, & quia tota sunt lignea: Quabacondoni tamè palatium, quia pluribus contignationibus constat, omnibus ædificijs supereminet. Et generatim loquendo, tantus est nitor omnium, quantus vix credi potest, mira proportio & similitudo vnus cū alio, inusitata architecturæ ratio. Stant quatuor aut quinque palmos exaltatæ ædes supra terrā ob nimiam solihumiditatē, asseres affixi terræ cōstrati sunt tatamis (id storearum genus est) octo palmas longis, latis quatuor, & tres digitos spissis; sic vt nō opus sit ibi sedibus, scamnis, lectis; sed nec curant istas nostras commoditates, quia quicquid tandem agant, recumbunt in his storeis.

Conspecto palatio Quabacondonus P. Visitatori ab eūdi potestate fecit cū magna beneuolentiæ significatione, dicēdo se eū iterū inuitaturū, & sub noctē iussit ad se vocari quendā fratrem nostrū, cū quo in mediā vsq; noctē sermonē produxit: & inter alia affirmavit, se cogitare de munere nobilissimo ad Viceregē mittendo, sic vt speraret se in omnibus posse excepto solo equo & epistola euadere superiore: & subito curauit cōfici memoriale omnium rerū, quas mittere cogirarat, etsi postea in aliquibus mutarit. Postera luce à prandio eundē cū D. Mantio reuocari voluit

voluit, vt ipsum docerēt rationē dirigendi horologii, quo Pater eū donarat. Sicq; abijt dies, & post mille quæstiunculas, consilium suum de ocupanda Cina eis patefaciebat, addebatq; Patres Bonzijs esse valde exosos, quod causa essent, vt templa eorum euerterentur, & omnia autoritate apud populum exuerentur.

Curauit deinde vocari varios opifices, mandādo, illis, vt res diuerfas conficerēt oblatione regia dignas, decernebatq; tēpus, quo opus absoluerēt; ac vt statim initiū facerēt, dedit eis decē laminas auri, & centum argēti, quæ efficiunt summam octingentorum sexaginta ducatorū. Sed & iteratō egit cum D. Mantio, vt cū socijs suis, in aula maneret; placuerāt enim ei musica, instrumenta, & profectio eorum tam longinqua; verum ille sapienti sua responsione, Quabacondonum reddidit e contentum. Deniq; dimisit hominem, commendans ei, vt indicaret P. Visitatori, se die insequenti iter instituturū versus Regnum Ouarense, quatuor dierum intervallo à Meaco disunctum, vbi hændum sibi sit dies aliquot; ipse autem, quando quidem nauis depulsa sit, commorari possit aut Meaci aut Vfacæ, aut si id magis placeret, redire Nangasachum; se suo tempore missurum responsum, & munera pro Vicerege. Hic eximius fauor & honoreo maius pondus habuit apud ōnes, quò minus fuit expectatus, & plurimū iuuuit Iaponiorū cōuersionem. nam ij Iaponij, qui nondum audiuerunt, vel certē auditam

non bene cognouerunt Euangelij prædicationem, vt mirum in modum pascuntur honoribus, ita existimât fidem nostram, hoc antecellere sectis reliquis, quò amplior honor à Dominis Iaponicis delatus est eius Ministris vel prædicatoribus. Qua de causa & confestim rumor per omnem Iaponem percrebuit, Patres esse suæ libertati restitutos; tantisque lætitijs incesserunt Christiani, vt inceperint erigere Cruces, aliaque edere signa summæ tranquillitatis. Etsi qui intus & in cute Quabacódonum norant, probè intelligerét, eum nihil cogitare de Patribus restituendis, nam & principio exceperat, vtne Legatus de hac re secum ageret, nec aliud videbatur Dñis Christianis, quã nocere potius posse, quã prodesse sermoné de hoc argumêto institutū. Quare neq; verbū pater de hoc fecit, expectās, donec ipse indicaret quid ipse in animo constituisset. Videtur autem nutu diuino factum, vt cum hac Legatione nondum fieret restitutio; tam multa bona, eaque maximi momenti inde sunt consecuta. Imprimis enim furor Quabacondoni, qui post persecutionem indies magis augecebat plurimum fuit cōpressus, deinde, vt iam dicitur, cū in præsentia eius, Patres falsò delati essent, ab acerbâ quadã clade inferenda abstinuit, dicens, nihil tentandum, dum Legatus adhuc versatur in Iapone; post verò eius discessum se velle, quæ cogitasset exequi. Quamuis postea melius informatus à Ioanne Rodrighez fratre nostro,
munc-

muneribus quoque varijs à Patre missis, Christianorumq; Dominorum sermone inflexus alienationem omnem deposuerit; ac palam non semel affirmaret, Patres esse immunes ab omni culpa, ipsos hanc legationem procurasse; posse Nangasachi remanere decē socios P. Visitatoris; quare causa tota Patrum caret omni periculo, & Domini Christiani multò, quàm antè sunt securiores.

Alter bonus effectus, qui hinc consecutus est, fuit, communis tranquillitas, nouusque animus omnium Christianorum. Cum enim viderent Quabacondonum placatum, prorsus confidebant, propter legationem, & Viceregis dona, & expectationem noui responsi, nullum progressum furoris futurum: maximè autem ab aduentu Iacondoni in hæc regna de Scimo, clarius eluxit diuina prouidentia nam, ingens & Patres, & Christiani adijissent vitæ periculum, si P. Visitator Nangasachi non remansisset, cui quoniam cū nomine Legati multos secum publicè habebat Patres & Christianos, nihil molestiæ illatum est.

Quo vero tempore commoratus est Meaci, magnus ad eum fuit concursus, tum Dominorum, tum Equitum, qui curiositate allecti, ventitabant visendorum Lusitanorum causa, maximè autem colloquendi cum quatuor Dominis Iaponensibus, multiq; obstupescerent commemoratione rerum, quas narrabāt, eos in suas ædes inuitabant. Hæsit P. Visitator Meaci ip-

fos viginti duos dies à Quabacondoni discessu. Quo interuallo tantus numerus hominū vtriusque sexus, ex diuersis partibus confluit, vt videretur continuata processio, & certè nutu diuino factum videbatur, quod hoc tempore abesset Quabacondonus: si enim praesens fuisset, facile potuisset in notitiam tanti concursus venire, ac suspicari non esse adhuc secutam Patrum restitutionem. Et quanquam, vt Christiani suam consolationem acciperēt, in ordinem ita redacta sint omnia, ne nimia esset concursio in platea, in qua habitabant, nihilominus, cum visendi Patris ergo inde à 15. 20. & 30. aduolarent leucis, tantum acereuit numerus, vt à summo diluculo, vsque ad medium insequentis noctis, opus fuerit Confessionibus eorum audiendis vacare. Ac quamuis quotidie tria Sacra in tribus locis fierent, tamen tantus conueniebat communicantium numerus, vt locus non caperet omnes, nec omnium desiderio fieri satis posset. Lusitani certè non parum admirati sunt desflagante adhuc persecutione inter medios Ethnicos, tātum esse Christianorum ardorem: maximè cum Quabacondonus, eueris templis, & domibus Christianorū, manifestum se hostem Christianorum, Patrumque esse, abundè satis declarasset.

Pater Visitator, etiam si in propria persona nullum ipse, praeter Quabacondonum, inuifisset, mandabat tamen visitari & alios Dominos. Sicut è contra fuit ipse visitatus à diuersis Do-

minis

minis Ethnicis: cumque iussisset visitari Dai-
nangandonum nepotem & hæredem Quaba-
condoni ita grato animo accepit hoc officium,
vt etiam munere Iaponico compensarit. Cura-
uit quoque inuisi Morindonum nouorum
regnorum Dominum, qui post Quabacondo-
num, & Fachicondonum 13. regnorum domi-
num, (cuius coniux est filia adoptiua Quaba-
condoni) habetur potentissimus. Idem præ-
stitit alijs multis Dominis, quorum quidam
eum in propria persona inuiserunt, congratu-
latique sunt, quòd tanta humanitate & hono-
re esset à Quabacondono receptus, indicantes
se magno desiderio teneri nostræ restitutio-
nes. Et certè si tunc fuisset restituti, multi
magni Domini propter opinionem, quam
habent de fide nostra optimam, Christo se ag-
gregassent, Nonnulli occultè aures præbue-
runt Catechisticæ doctrinæ, interque eos fi-
lius Maiendamata Saimon trium Regno-
rum Domini, & Quabacondono ad modum
familiaris. Qui iuuenis secum habet Darium
Patrem Iusti Vcondoni, quorum, nempe colū-
narū Christiani populi, industria Maiédamata
Saimon cæpit affici erga religionē Christianā,
& audito Dei Verbo, tantum profecit, vt planè
cogitaret de incunda nostra religione; verum
quia erat inter viros Principes totius aulæ, &
magnæ mutationis periculum timebatur, si
res in publicum venisset, in aliud tempus ma-
gis opportunū, eius baptismus est prorogatus
venitque

venitque ipse, salutandi causa, ad patrem, eiusque se discipulum ingenuè professus est. Idem fecit magnus quidam Dominus regni Vnoscii, qui opera Vcōdoni adductus ad nostros audiendos, manus quidem dedit, sed eadem de causa, qua prior, initiationē suam distulit. Sed & alij minorum gentium equites, veritati cesserunt, & sacris vndis tincti sunt. Quod si predicationi via liberior patuisset, multo maior neophytorū numerus fuisset. Sed propter impendentia discrimina sensim progrediendum erat.

Venit quoque honoris causa ad Patrem Nabunangæ gener Findanocâmon, qui paulo antè inchoatam persecutionē factus erat Christianus; & tunc quidem tantum erat Dominus vnus Partis Regni Isce, nunc verò Quabacondonus in Oiu, decē amplius partibus eius dominatum auxit, atque idcirco inter maximos Iaponiæ Principes numeratur. Singularis amicus est Vcondoni, & bis salutatū venit Patrem, promisitque, cum per tempus licebit, magnam in sua ditione hominum conuersionem, seque aduocaturum multos Patres. Itaque ex omni parte patefacta est ianua ad conuersionem vniuersæ Iaponiæ.

Hoc ipso anno Quabacondonus Meaci rem planè nouam aggressus est. Vt enim illustrem nominis sui relinqueret memoriam, totā Urbem ingentibus fossis circumdedit, & vt Meacum renouaret, voluit Bonzios suis sedibus vel

paræcijs

paræcijs desertis in vnum simul domicilium, prope dictas fossas, commigrare. Quod mādātum etsi fuerit durissimum, nec facilè ab vllō vnquam alio executioni cōmendari potuisset, tamē paucorum dierum interuallo celerrimè, cum magno Bonziorum dolore, perfectum. Quæ res deiecit omninò Bonziorum animos, tam propter acceptam cōtumeliam, quasi è societate hominum essent exturbati, & instar pestiferorum, aut leproforum in separatum locum compacti; mille ipsorum sectis in vnum, q. chaos reductis: tum etiam, quod ereptis iam ante annuis redditibus nunc, paræcijs quoque destituti, omni prorsus præsidio, atque eleemosynis priuentur. Quare nonnulli eorum, cum templa sua reædificare non possent, nouum vitæ genus complexi sunt; alij vero in magnas angustias reducti sunt, exiguumque hominum habet concursum, & paucas eleemosynas: Quibus rebus, mirum est, quàm magna patefiat via ad conuersionem Meacensium, vbi initio magna erat in Euangelio disseminando difficultas, propter summam Bonziorum cum Ethnicis coniunctionem.

IAM multa particulatim, cum magna ædificatione commemorari possent de Christianis, qui in illis Regnis commorantur. Sed, cum annuæ hæ multam suppeditent materiam ad scribendum, illis necesse est supersedere. Tantum describam, quam rationem tenuerint in spiritu fouendo & conseruando, Christiani in
ipso

ipso persecutionis æstu, confecerunt inter se quasi quoddam Sodalitium. Dominicis diebus in vna aliqua, domo conuenere, magnamque partem diei consumpsere in pertractandis rebus ad salutem animæ pertinentibus, nunc legendo librum aliquem spiritualem, & conferendo de lectione audita, nunc simul orando, Deoq; commendando populū Christianū, Patrumque liberationem: celebrando item in eisdem domibus festa totius anni primaria; & per Quadragesimam ferijs sextis disciplinam faciendo, idque ad effusionem sanguinis, maximè Hebdomade sancta. Memoriam enim retinent Calendarij, cuius exempla idiomate Iaponico impressa iam misimus. Ac Meaci quidem eiusmodi visuntur septem, vel octo Congregationes, non virorum modò, verum etiam, licet separatim, fæminarum, quæ his exercitijs vtuntur. Vt autem possint in illis perseuerare Dei prouidentia factum est, vt singuli cætus quosdam habeant zelo præstantes, quasi congregationis Capita, quos cæteri magno amore & honore complectuntur. Quidam cæteris doctiores etiam concionatum eunt, & Christianam doctrinam tradunt, atque ita non solum iuuāt Christianos, verum etiam institutione sua multos novos faciunt Christianos quotannis. Inter hæc capita præcipuus est Iustus Vcondonus in regno Cangano, qui non, solum Spiritualibus, sed etiam temporalibus, contemptis periculis, & damnis, suis opibus afflictos

dictos adiuuit. Is, nunquam se à latere Patris quamdiu Meaci fuit, dimouere voluit. Eadem caritatis officia exercet Iusti pater DARVIS in regno Ieteu, qui etsi Sexagesimum ætatis annum excefferit, tamen pedibus mediahyeme iter plusquam quinquaginta leucarum per densas niues, confecit, vt viseret Patrem Meaci, vbi etiam vsque ad abitum remansit. Idem in regno Sacai præstat Iacobus Fabianus Rioques, qui ædes suas conuertit in templum vno altari instructum, eoque precandi causa Christiani conveniunt, & dum vicini eius Ethnici ei dicunt, si res perueniat ad aures Quabacondoni, fore vt in crucem agatur, respondet, hoc ipsum omnino se desiderare. Nec minus eodem in genere Ozacæ laboratur ab Augustino Ecunocamindono, & in regno Vauano, à Paulo Zamanachi, vbi licet exul inter medios viuens Ethnicos Christianis sacris plures quadraginta intiauit, & in religione etiamnum conseruat. In Regno Omi est Christianus nomine Bocu, qui eodem spiritu impulsus è domo sua fecit Ecclesiam, & veteres Christianos in fide conseruat, & fouet, & multos veteribus nouos adiungit. Idem in regno Ouari præstat quidam antiquus Christianus, dictus Constantinus, & in Regno Mino, cæcus nomine Tobias, qui magno cum fructu, ad mortem vsque, etiam in medio perlecn-

persecutionis, ingenti numero auxit Ecclesiam in diuersis locis. In ditionibus Tacazuchi, quæ fuerunt Iusti Vcõdoni, loca quædam omnino integra manent & inuiolata à defectiõne, cum magnis constantiæ argumentis. In regno Amangucciorum adhuc viuunt Gregorius & Petrus antiquissimi Christiani inde à P. Xauerij, & Cosmi Turriani temporibus, qui vtrumque sustentant Christianorum reliquis. Itaq; Deus omnibus Christianis per Iaponiam dispersis vbicumq; Patres sedem figere non possunt, sua reliquit remedia & adiumenta. Neque parum rem Christianã iuuat, quod diuina gratia opitulante, quidam Christiani non destituntur fauore Quabacondoni, vt Augustinus Ecunocamindonus, & Pater eius Ioachimus Riufa, & Quambioiendonus. Breuiter. omnes primarij Christiani generatim in hac persecutione diuinam experiuntur prouidentiam & curam, licet enim exulent, alijsq; Dominis seruiant, omnes tamẽ propter hoc, facultatum incremento præter morem remunerati sunt. Quare neque vllus est Iaponiæ Dominus alicuius momenti, qui non habeat secum aliquos Christianos magnæ autoritatis: vt omittam alios ad excelsum dignitatis gradum euectos. Ex vtroque ergo Christiani, & quod manifestissimam cernant Dei prouidentiam, & quod Patres in Iapone remanserint, summam percipiunt consolationem:

Elapsis 22. diebus, omnibus Dominis Christianis

tia, & in fide constantia, vt multos etiam famu-
 los Christianos hactenus in religione fouerit;
 imò & totius patriæ Christianis omne detule-
 rit patrociniū; etsi ea de causa magnæ illi per-
 ferendæ fuerint calamitates, & maxime post de-
 functum suum patrem, Dominum Bartholo-
 mæum. Nam omnes semper artes ad eam per-
 uertendam adhibuit, occasione huius persecu-
 tionis, infinitis iniurijs, & contumelijs oneran-
 do Christianos, ipsiq; prohibendo omnecum
 Patribus communicationem, Confessionem, &
 Missam; at illa virtute plusquam masculinè Do-
 mino ei communicata, prudentissimè semper
 oblectata marito est, nonnunquam audacter
 respondendo, se malle millies oppetere mor-
 tem, quam in minimam rem sacræ nostræ Legi
 contrariam consentire. Vnde habebat domi-
 Oratorium pulcris & deuotis imaginibus or-
 natum, in quod orandi causa frequenter se reci-
 piebat. Solabatur quoq; se reliquiarū sacrarum
 thecis, & granis benedictis, & respōsis nostro-
 rum Patrum ad suas litteras, ad quos crebrò
 scribebat, nec solum ad Patres Firandenses, sed
 etiam ad P. Visitatorem & P. Viceprouincia-
 lem; Ad Patres vero Omurense non solum
 scribebat, sed etiam eleemosynas pauperibus
 distribuendas mittebat. Denique patientia sua,
 Christianaque prudentia id in animis homi-
 num effecit, vt amaretur à quamplurimis, ac
 etiam maritus iam eò deductus sit, vt non du-
 bitetur, breui fore Christianum. Exemplo
 huius

huius bonæ Dominæ, in eadem constantia per-
sistit Domina Grazia filia Achei (qui occidit
Nabunangam, & paucos dies imperium totius
Iaponiæ obtinuit, cum prius esset rex Tangi)
quæ, etsi vxor sit cuiusdam Domini gentilis
inter Iaponios ferocissimi, vt tamen cognouit
alicubi agi de rebus fidei nostræ, ita commota
est, vt cum ipsa non posset, mitteret suam
quandam fæminam, quæ lectioni Catechisti-
cæ interesset, ex eaq; postea audiret, quicquid
dictum esset; tantumq; profecit, vt, cum ali-
ter non posset, per literas ad Patres datas facul-
tatem impetrarit, Baptismum accipiendi à præ-
dicta fæmina Christiana; quod fecit, non sine
ingenti vitæ periculo, si marito innotuisset.
Magnæ certè nobis voluptati est, videre fæmi-
nas tanta pietate, animiq; fortitudine inter me-
dios Ethnicos præditas, & in primis hanc
Graziam, quæ nunquam vel Patrem, vel fra-
trem vllum de Societate cõspexerat, nec aliud
de rebus fidei cognorat, quam quod à fæmina
illa didicerat, & ex literis Patrû, tractatibusq;
spiritualibus, quos ad eam miserant. Firando
Pater cum quatuor Dominis Iaponensibus
abiit Nangasachum, vbi magna lætitia excepti
sunt à Patre Viceprouinciale, alijsq; Patribus
& fratribus, qui ibidegebant: inde verò duorû
dierum interuallo P. Visitator ad visitandum
Collegiũ Canzucanũ cõcessit. Quæ vero restât
de successu Legationis, intelligentur ex rebus
particularibus Collegij & Residetiæ Arimësis.